



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De scripturis ad cancellarium deinceps suo tempore colligendis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

puta, examina ordinandorum, calculi locorum piorum, congregations cleri urbani, & Vicariorum foraneorum, visitationes variae, missiones prædicatorum, & alia multa.

Habeat librum authenticum cum indice alphabeticō ordine materiarum, in quo redigat omnes stylos curiæ olim probatos, & qui deinceps probabuntur, auctoritate Archiepiscopi.

Habeat item tabellam, quæ à nobis stabiletur, perpetuò affixam publicè: in qua descripta sint festa tam mobilia, quam immobilia, in quibus ius non redditur; nec non feriæ, ut puta messem, vindemiarum, & aliarum.

De scripturis ad cancellariam deinceps suo tempore colligendis.

**A**rchiepiscopus, Vicarius generalis, & alii visitatores, & Praefecti quicunque, si quæ eorum notitiae venerant, quorum causa quam primum aliquid præstandum sit curæ Cancellarij, ut in vacatione beneficiorum, & huiusmodi; statim cancellariae denuncient. Omnes verò hæ ad eos ratione eorum officii vndeunque scriptæ, in silcia seriatis reductæ unoquoque mense ad Archiuum transmittantur seruandas.

Literarum etiam, quas ad quoscunque ratione officii sui intra vel extra dicēssem scriperint, exemplum, sive regestum conficiatur; quod deinde in Archiuo cancellariae in fine cuiusque mensis asservandum tradatur Cancellario.

In silciis, & registris literarum hanc rationem adhibeat; ut distinguantur per menses.

Vt simul coniunctæ sint, quæ Archiepiscopi, & quæ Vicariorum sint, visitatione vel.

Registra verò ipsa literarum Archiepiscopi, ac aliorum ministrorum, ac rursus literas ad ipsos scriptas, ordine mensum simul collectas, distinctas tamen aliquo intermedio, quo dignoscatur, quæ eiusque, vel Archiepiscopi, vel Vicarii sint, seruet perpetuò in Archiuo. Ut regesta, & silciae separatim ab aliis sint, literarum ad sanctam inquisitionem pertinentium.

Vt item literarum ad varia loca provinciæ pertinentium.

Vt item literarum, ad iurisdictionem Archiepiscopalem, aut Ecclesiarum pertinentium.

Vt item literarum, ad iurisdictionem temporalem vallis Soldæ pertinentium.

Vt item literarum ad monialium mores pertinentium.

Vt item literarum ad regularium viorum mores spectantium.

Vt item literarum generalium, sive ad Vicarios foraneos, sive ad Parochos, sive ad Iudicées parochiarum, sive ad praefectos, aut visitatores, sive ad Episcopos etiam Prouinciæ, aut status Mediolani.

Si que informationes, aliae scripta cilius mōnent, præsentim in rebus grauioribus, regestis literarum, aut filiis litterarum aliunde perceptarum, aut rursus ad alios ab Archiepiscopo eiusve ministeris ratione officii sui transmissarum; ille ad sua loca in Archiuum redigantur; inscripta breui summula materie quam continent, tunc die datæ literarum, quibus ea scripta coniuncta erant; & nomine etiam illius, a quo datæ ille literæ, & ad quem datum super literis ipsis exterius, vel si regesta sint, in margine, fiat mentio, quod loco Archiuo, quæ die ea recondita sint.

Cancellarii curæ sit, ut processus omnes foranei, qui in dies ad cancellariam transferuntur, ijs substitutis, qui similiūm causarum expeditiōni incumbunt, consignentur, ac Vicario, & promotori fisci notiscentur.

Omnia memorialia, scripturæve eiusū generis tam ab Archiepiscopo, quæ à Vicario generali, & visitatoriis generalibus, que alii consignandæ sunt, dentur cancellario distribuenda, nō tent tamen prius in illis vno verbo, quod super iis ab eo præfari debeat, ad quem mittuntur.

Alii verò Vicarii exceptis Foraneis, etiam monialium, & praefecti vel visitatores, & huiusmodi ministri, si quæ memorialia, scriptave illis dantur, quæ ratione materiæ vel alia causa alteri dāri debeant, ipsorum qui dat, cum ipso memoriali vel scriptura dirigant ac remittant.

mittant ad eum, ad quem spectat illa materia, causâve. *Ad quodcumque locum*  
*Quæ vero ad suum officium pertinent,*  
*ea tam iste, quam Archiepiscopus, & Vi-*  
*carius Generalis, & Visitatores, & alii,*  
*tum auditores, tum promotores fisci,*  
*tum oeconomicus mensa Archeepiscopali,*  
*tum alii eiusmodi omnes & singuli,*  
*in quo statu reperiuntur in fine causâlibet*  
*mensis (nisi iam processus super il-*  
*lis coetus sit, aut in processum ante in-*  
*choatum relata sint) tradent Cancellari-*  
*o alii reseruata sibi illorum vel*  
*compendio vel nota; ut si quando ite-*  
*rum illis usi esse possint, vel pro perse-*  
*ctione negotii, vel alia de causa, recupe-*  
*rate possint, quoties opus fuerit, restitu-*  
*enda tamen demum Cancellaria.*  
*Hocq; omnes, si ea sint de rebus grauio-*  
*ribus, & ceteris, de ecclesiasticis bonis iuri-*  
*busve, etiam monasteriorum, locorum-*  
*ve aut operum piorum, aut de piis lega-*  
*tis religiosis, aut de moribus Cleri, aut*  
*populi, aut de aliis denique materiis,*  
*de quibus sciunt constitutos esse certos*  
*libros, filicias, aut notas, vel indices in*  
*Cancellaria seruandos.* *Innotescit*  
*Cancellarius vero, que distribuenda*  
*sunt, aliis statim distribuat; notarque in*  
*dies in Diario libro dictam distributio-*  
*nem, atque exponat in publica tabella*  
*foras in valvis officii Cancellariae affigen-*  
*da; ut partes sciant, ad quos recurrant*  
*pro expeditione; exceptis, ut que per-*  
*nent ad causas criminales, que palam*  
*exponi præiudiciale esset; tum præterea*  
*extrahat, & referat, que oportet*  
*suis locis in libris Cancellariae.*  
*Notarii substituti deinceps, cum pri-*  
*mum initium sit alicui cause ciuilis vel*  
*criminali, etiam delegata, statim signi-*  
*ficiunt Cancellario, ut in Indice causa-*  
*rum, & alibi ut oportet describat; iur-*  
*fus etiam significant, cum suis alicuius*  
*cause sit, ut idem præster. Qui ob hoc*  
*Quicunque nomine Cancellarij vel ro-*  
*gantur instrumenta, vel decreta inter-*  
*ponunt, telam iudicari am concernen-*  
*tia, vel decernuntur extra judicialiter,*  
*aut expedientur etiam ad voluntariæ iu-*  
*risdictionis actus pertinentia, ut in cau-*  
*sis negotiisve, que ad bona iura & ecclie*  
*faistica, & piorum locorum, aut conser-*

uanda, aut recuperanda pertinent; aut  
*ad legatorum piorum consecutionem,*  
*& executionem; aut ad mores cleri, vel*  
*populi; aut ad alia, de quibus supra ius-*  
*fum à Cancellario fieri indices, librosve,*  
*aut in certos libros referri debere: ea*  
*Notarii substituti significant Cancella-*  
*rio omnino eodem die; si in urbe sunt; si*  
*foris, triduo postquam redierint, sub p-*  
*ro na decem aureorum; & alia arbitrio Ar-*  
*chiepiscopi; ut ab illo suis locis i varios*  
*libros Cancellariae pro ratione materiæ*  
*ad id constitutos notari sine mora possit.*  
*Ex regelis verò literarum, ab Archiepi-*  
*scopo, eiusque ministris conscriptarum,*  
*aut ad illos scriptarum; tum etiam ex*  
*memorialibus, & scripturis allatis, un-*  
*decinque ut supradictum ex instrumentis*  
*receptis; tum ex notulis à substitutis eius*  
*dietim ei tradendis; tum si opus erit ex*  
*registris etiam expeditionum actorum*  
*voluntaria iurisdictionis; & aliis deni-*  
*que omnibus scripturis ab ipso dietim*  
*confectis, seu ipsi vel tradendis vel exhibi-*  
*bendis, quoque modo, vel nomine; ex-*  
*trahat Cancellarius quidquid pertinet*  
*ad libros, indicesve, quos ex his decre-*ta**  
*consecere, & habere debet; & sigilla-*  
*tim descibat suis locis, & in indices*  
*etiam constitutos sine mora referat.*  
*Exempli causa, si quid erit pertinens ad*  
*mores populi generatim, referatur in li-*  
*bro de disciplina populi generatim.*  
*Si ad mores Cleri generatim, in libro*  
*de disciplina Cleri generatim.* *Si ad*  
*Si ad mores coniuge vel loci vel homi-*  
*nis laici sigillatum in libris eo nomine*  
*constitutis, ordine plebium in dioecesi,*  
*& portatum in urbe, & patochiarum.*  
*Si ad statum personale alicuius Clerici,*  
*in libros status cleri suo loco proprio.*  
*Si ad bona & iura ecclesiastica, vel pio-*  
*rum locorum, referatur in libris eo no-*  
*mine constitutis, ordine plebium, & por-*  
*tarum; & præterea si hoc de concessio-*  
*ne, indulgentiave, aut legato pio sit, vel*  
*fundatione capellæ; referatur etiam in*  
*libros & indices specialiter eo nomine*  
*constitutos.*  
*Idemque seruet, si quid ad monialium,*  
*regulariumve mores vel bona perti-*  
*neat; ut notatum est in regula de confi-*  
*ciendis libris iis singulis nominibus.*

Stu-

Studeat vero dietim extrahere unde  
cunque opus est, quidquid referendum  
est vel summatum vel extensè in libros  
& indices varios, quos in Cancellaria  
haberi iustum est; nè si mora interpo-  
satur, res postea difficultior fiat: idque  
in omnibus & que seruetur.  
Memorialia etiam, & scripta quæcumque  
sibi vnde cunque data, allatae, si  
quid perspicuitatis, vel utilitatis maiori  
ris afferre aliquando possunt negotiis,  
quæ inde in libros vel indices Cancella-  
riæ relata & descripta sunt.

Curet, quidm diligentissime Cancella-  
rius, adhibita etiam opera & cura Pro-  
motoris fisci, ut peracto Paschatis Re-  
surrectionis festo, Parochi, & alijs Con-  
fessorij sacerdotes urbis, infra quindecim  
dies exhibeant in Cancellaria li-  
bros indicesve, in quibus eorum, quo-  
rum confessiones in Paschate audierunt,  
nomina notata sint; tum Parochi cedu-  
las de communione in actu ministratio-  
nis communionis Paschatis ex forma in  
fractionum nostratum super eo rece-  
ptas, easque promotoris ipsi cum Paro-  
chis videant & recognoscant diligenter;  
& conferant nomina in libris & in  
indices confessorum relata, aut etiam in  
libris animarum statas parochiz confe-  
ssis descriptæ, cum exhibitis cedulais: &  
inde cura cuiusq; Parochi adhibita col-  
ligant, qui inconfessi remanserint, aut  
deorum communionem non sumplerint  
in Paschate; & in libros Cancellariæ re-  
ferant uno loco, cum causa ob quam in-  
confessi sint; tum præterea ad Vicarium  
Generalem relata referant, ut agatur  
contra illos ad præscriptum Decreto-  
rum Prouincialium, & instructionum,  
omnibus remedij.

In Diœcesi vero Vicariorum Foraneo-  
rum cura sit, libris ac cedulais per ipsos  
diligerent ut supra cum Parochis recog-  
nitis & collatis inuicem, cum modo  
exequendi ad præscriptum contra in-  
confessos, & non communicatos, tum ce-  
dulas, & indices affluare usque ad pro-  
ximam visitationem nostrorum Visitato-  
rum, etiam generalium; tum nomi-  
num eorum ad Cancellariam infra mem-  
sem exhibere notam, ad præscriptum re-  
ferendam in eisdem libris.

Cancellario curæ sit, singulis annis col-  
ligere à Parochis, & aliis, utputa depu-  
tatis locorum piorum, indices, & denun-  
ciationes legatorum piorum eo anno fa-  
torum, & alias huiusmodi denunciatio-  
nes certis anni temporibus fieri debitas:  
habeatque præterea indices singulo-  
rum, quæ eas facere debent; & si qui sta-  
tuto tempore non fecerint, det notam  
Promotoribus Fisci, ut vel agant ad po-  
nam contra ipsos, vel saltē compel-  
lant præstare quod debent.

Libri à Parochis in Archiuum quota  
annis deferendi, & afferandi.

Liber baptisrorum, sibi tali alijs omni  
Chrismatorum, & in laicis, atque pueris  
Matrimoniorum.

Status animarum.

Libri etiam confecti à Magistro Cer-  
emoniarum, deferendi sunt ad Archiu-  
um singulis annis.

De custodia scripturarum in Can-  
cellaria.

Nuentarium omnium & singularium  
scripturarum, librorum, indicumque  
prædictorum semel ab initio seriatis  
conficiantur, cum interuentu Cancellarij  
deputandi per Archiepiscopum; cui co-  
piam in forma authenticæ consignet Can-  
cellarius; tum deinde dietimi notet que-  
cunque in dies reperit, atque inuen-  
tio illi addat suo tempore; inuentariæ  
ac scripta, & diarium librum de quo in-  
tra, recognoscenda Archiepiscopo ex-  
hibeat, quoties uislerit.

Literæ Apostolicæ originales de facul-  
tatis & priuilegiis huius Ecclesiæ, vel  
Archiepiscoporum, & de fundationi-  
bus, ordinationibus, & translationibus  
perpetuis magni momenti, & de aliis  
grauioribus materiis; primo exemplate  
in libro in forma authenticæ, tum etiam  
extracta copia in foliis separatis, non  
modo ipsa originalia, sed etiam liber  
authenticus, in quo exemplata sunt, re-  
condantur in Archiuo Cancellariæ lo-  
co tunc in sub tribus clauibus; quarum  
altera sit penes Archiepiscopum, altera  
penes Cancellarium, ter tia penes oco-  
noum measse Archiepiscopalis: nec  
vniuersal originalia extrahantur, sine cau-  
sa graui Archiepiscopi ipsius iudicio.

Folia